



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

in denen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, geschehen ist, In einer ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1736

Adj. A. Der Frantzosen Memorial in hac Materia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51459)

1649.
Dec.

A.

1649.
Dec.

Der Franzosen Vorstellung, wegen Franckenthal.

*Dictat. Norimbergæ, 3. Decemb.
1649. per Mogunt.*

Illustrissimi, Nobilissimi, & Consultissimi Domini.

De jactura temporis est una omnium querela, sed nostra (quod cum aliorum venia dictum sit) videtur præ omnibus justissima; nam septem mensibus & amplius, nihil adhuc nobiscum actum est, præter unicam Conventionem præliminarem, quam tamen sua sententia annullare vult Imperator. Vtrum vero hoc ipsi secundum Leges Imperii, rei que propositæ æquitatem liceat, penes eos arbitrium esto, qui liberos se esse sciunt & cupiunt.

Deinde facta est illa Conventio die quarta Mensis Octobris, vix tamen mense Novembri aperire mentem suam voluit Imperator, ter licet publice consultus & rogatus, ab omnibus Imperii Statibus. Neque deinceps ab eo tempore, usque ad hanc diem, ere tam gravi Ordines Imperii deliberare potuerunt.

Tot autem dilationes alias aliis innexas, contra solos Gallos quæri omnibus notum est; Plures quidem in præsens gravant & quosdam forsan imposterum obruent; sed tamen, si ex animo lædentis æstimare mala liceat, solos Hispanos juvant, & solis Gallis nocent.

Pacis Germaniæ executio nondum est illis commoda, & si ex eorum voto in totum everti non potest, differri saltem eam cupiunt, usque ad proximam ætatem. Ideo ex Mandato Regis nostri petimus a Dominationibus Vestris Illustrissimis, ut præsentem Executionem Pacis ante annum promissam promovere non cessent apud Imperatorem qui pro sua æquitate & prudentia nihil denegare poterit Statibus Imperii, præsertim si sciat Dominationes Vestras Illustrissimas nihil nobiscum fecisse, nisi unanimi omnium Vestrarum consensu, consensu etiam & approbantibus Dominis Plenipotentiariis suæ Sacræ Cæsaræ Majestatis.

Si Conventio illa adeo est Imperio damnosa, & in tantum excedit Jura Statuum, ut insigni nota & verbis durissimis castigandi fuerint, quasi ad Exemplum & perpetuam rei memoriam, omnium Imperii Ordinum Deputati, quare non monuerunt Domini Legati Cæsareani Status Imperii medio illo tempore, quod effluxit inter primam propositionem Temperamenti illius & confirmationem? Cur iddenuo passi sunt adduci in deliberationem?

Quare Tractatui se verbo saltem aliquo non opposuerunt? quare illum publice laudaverunt, & quædam etiam in eo emendaverunt, omnium rerum & verborum ejus quasi arbitri, dum a subscriptione ob solum defectum mandati, intra paucos dies certo venturi tantisper se excusant? Nonne convenientius fuisset, tempestive monere Status, ne tractarent, quam actum Eorum improbare cum injuria, apposita etiam causa & elogio, quod non satis præviderint quid esset utile Imperio, & quid ipsisliceret.

Temperamentum illud, de quo est quæstio, excogitaverunt Dominationes Vestræ Illustrissimæ, nobis insciis, bis illud communi Consilio approbaverunt, & nos ultro & sponte sua invitaverunt ad ejus approbationem.

Dein-

1649. Deinde Principes, quos hic Dominationes Vestrae Illustrissimae repræ- 1649.
 Dec. sentant. Conventionem faciendam & post modum factam laudaverunt, & Dec.
 adhuc laudant, fatenturque omnes, neque nos moderatius, neque Domina-
 tiones Vestras Illustrissimas prudentius & utilius tractare potuisse.

Quid itaque argui potest, in toto illo negotio, in quo nostrum nihil est nisi facilis assensus & prompta voluntas ad ea, quæ Dominationibus Vestris Illustrissimis æqua visa sunt, & ubi per tot actus repetitos & spatium temporis interjectum, per universum etiam & continuum consensum, incogitantia & festinationis nota locum habere non potest.

Hoc necessario dicunt, qui Conventionem impugnant Status omnes peccasse, aut imprudentia, aut ex certa scientia in Imperii commoda, quandoquidem non præviderunt & adhuc non adeo probant, ut conventionem improbent, rationes, quæ contra eam opponuntur, quæque omnes ante responsum Imperatoris acceptum animo quasi prælogo propositæ sunt a Dominis Legatis Cæsareanis.

Si vero quaritur, quid sit in illa Conventione, quod adeo lædat? Attentius rem perpendenti nihil omnino adparet, nisi quod sequestrationem Castrum Ehrenbreitstein necessario sequetur restitutio Franckendaliæ etiam absque obsidione & inde vera Pax & quies secunda, maximo Imperii commoda. Neque enim serio possunt timere, ne Castrum Ehrenbreitstein ex ea Conventione extrahatur Regi Nostro, qui quotidie inculcant omnibus bona fide, spem se habere certam de restitutione Franckendaliæ intra brevissimum tempus, & statim post plenam Executionem Pacis, si non etiam in tertio ejus termino; Sed Gallia, inquiunt, nunquam restituit ea, quæ semel occupavit, idcirco non est committendum, ut locus tanti momenti in ejus potestatem devenire possit; Apologia Gallia facilis esset, præcipue pro illis locis, quæ in Epistola Imperatoris nominantur, sed hoc casu minime est necessarium, cum ex hac potissimum ratione concludere liceat, ideo Conventionem esse approbandam, tanquam aptissimum medium ad obtinendam Franckendaliæ restitutionem a Rege Hispania, aut ejus obsidionem a Statibus; quandoquidem adeo omnium interest, ne Castrum Ehrenbreitstein in manus Gallorum cadat.

Bene est, quod Imperator prospicit, ne loca Imperii in manus extraneas cadant; sed dum proponit, ut Hailbronna a Gallis retineatur, merito quaritur, num hoc modo fiat, ut Hispani Franckendaliam diutius, & ideo Galli Hailbronnam detineant, ambo extranei, maximo Imperii damno, cum illa Conventio effectura sit, ut Galli non habeant Ehrenbreitstein & Hispani cogantur restituere Franckendaliam.

Dicant omnes, quod sentiunt, una voce exclamabunt, hanc Conventionem non minus gravam, quam æquam & utilem Imperio factam esse a Statibus suo jure de re sua & studio pacis, ad liberandam fidem Imperatoris & quasi solvendum ejus debitum.

Quod cum sit certissimum, & omnibus notum, petimus a Dominationibus Vestris Illustrissimis, ut non solum consensum Imperatoris obtineant, quem toti Imperio in re justa denegare insolitum esset; sed etiam, ut cito obtineant, nam eæ dilationes Imperio & nobis nocent, neque res nostræ patiuntur, ut diutius in eo statu maneamus, & ut contra Instrumentum Pacis adjuventur hostes nostri tot modis, qui Statibus Imperii suo etiam damno nimium noti sunt.

Ut

1649.
Dec.

Ut autem omnibus appareat, quam sincere ex parte nostra agatur, de-
nuo declaramus. omnia nos dubia nondum decisa, si quæ adhuc ab aliis pro-
ponantur, ad arbitrium Dominationum Vestrarum Illustrissimarum remissu-
ros, neque nos ulla difficultates imposteros facturos, sicuti nullas hactenus
fecimus, quæ de re fidem Dominationum Vestrarum Illustrissimarum ap-
pellamus, quia nihil est nobis sanctius & certius. Norimbergæ, die 10. Mensis
Novembris 1649.

1649.
Dec.

De la Court.

de Veautorte.

d'Avangour.

N. II.

Chur-Fürstlich Sächsisches Schreiben an Dero Abgesandten in Nürn-
berg, Herrn General Wachtmeistern von Frandorff abgangen, sub dato
Dresden den 27. 17. Novembris 1649. die Besetzungen Ehrenbreit-
stein und Franckenthal betreffend.

Von Gottes Gnaden Johann Georg zu Sachsen Chur - Fürst.

Unsern Gruß zuvor, Wohlgebohrner, Lieber, Betreuer, Es haben die Römisch-
Kaiserliche Majestät Unser allergnädigster Herr ic. Uns nicht allein Abschrift dessen
zugeschickt, was an Sie der Stände Gesandte, aus Nürnberg wegen Abtritt und Se-
questrierung des weiten Platzes Ehrenbreitstein zu dreym mahlen schriftlich gelangen
lassen, sondern auch, wessen sie sich hierauf umständlich erkläret, gestalt Sie Uns dann
hierüber, wie Num. I. zuerschen, allergnädigst ersucht.

Nun haben Wir bereits vor diesem, und zwar den 19. Augusti nächsthin, Uns
fere Gedanken wegen Franckenthal dahin erdffnet, daß Wir keine Zug und Billigkeit
bey Uns beden könnten, wann Chur Heidelberg Liebden entweder Franckenthal selb-
sten eingeräumt, oder sonst auf ein Interim mit derselben sich verglichen würde, daß
so dann und über diß die fremden Cronen für sich einigen besten Platz oder Versicherung
darüber zu begehren berechtiget seyn sollten.

Dann wann gleich an ihrem Theil eingewendet werden möchte, weil die Cron
Spanien an Franckenthal einen besten Ort des Reichs in Händen hätte, müste ihnen
ebner gestalt dergleichen Platz im Reich eingethan werden; So weist doch der Frieden-
Schluß, und ist an sich Reichs kündig, daß beyde Cronen nicht nur einen, sondern viel
beste Derter, ja ganze Länder und Provinzen im Reich, ohne das in Händen haben,
und zwar auf ewig behalten, gegen den Franckenthal gleichsam für nichts zu achten, und
man doch dasselbe Spanien ewig in Händen zu lassen, gar nicht gesonnen ist, noch von
demselben begehret wird; Ihr habt verwichener Zeit unterthänigst berichtet, daß man
bereits zu Anfang des Monaths Maii, wegen Franckenthal Handlung gepflogen, es
auch damahls so weit kommen, daß die Kaiserlichen Herren Gesandten sich endlich er-
kläret, Chur Heidelberg Liebden, oder an Dero statt den Schwedischen die Stadt
Großglogau in Schlessen, biß Franckenthal enträumet würde, in Händen zu lassen,
oder auch der beyden Cronen, sowohl der Chur-Fürsten und Stände Gesandten, eigenent
Belieben und Wahl heimzugeben, daß sie einen unter den 6. Plätzen im Römisch-
Reich, 4. im Marggraffthum Mähren, 9. im Herzogthum Schlessen, welche alle
in einer sonderbahren ausgegebenen Verzeichniß namhaft gemacht worden, zur Ver-
sicher- und Abnutzung für Chur-Pfalz, aussetzen mögen, nebenst fernern Erbieten,
im